

FASCÍCULUS MANUSCRIPTUS

MISSARUM ADDENDARUM

IN MISSALI ROMANO

INSERVIENTE

IN MONASTERIO ÓRDINIS SANCTI DOMINICI
(VULGO DICTO) **DE VALBUENA** .

CIVITATIS LUCRONIENSIS

ANNO 1690.

MISSA RITM ADDENDARIUM

IN MISSA ROMANA

AD REPERTORIUM

IN OMNIBUS ORDINIBUS
DE VALBUENA

CONGREGATIONE LUCRONIENSIS

1650

DE VALBUENA

Liciemb. IX Sta
Leocad.
Oremus

Beata Leoca-
dia Virginis, et Martiris-
tux, quesumus Domine
precibus et meritis adiu-
vemur, vt quæ pro tuo no-
minis confessione, carceres
et mortem pertulit, suo nos
patrocínio ab æterno carce-
re defendat. Per Dominũ

+ Mer. X. S. Eulal. + Oremus.

2 Omnipotens sempiternæ
Deus, qui infirma mundi-
eligiſ, vt fortia quæque cõ-
fundas: da nobis in festiuita-
te sanctæ Virginis, & Marti-
ris tuæ Eulaliæ congrua de-
votione gaudere; ut et po-
tentiam tuam in eius passi-
one laudemus, et promissũ
nobis percipiamus auxili-
um. Per Dominũ nostrũ

XX. S. Doming. de Syl.

Oremus.

Deus, qui ecclesiam tuam
Beati Dominici Confeso-
ris tui præclaris virtute me-
ritis decorasti; & in liberan-
dis Captivis gloriosis lætifi-
casti miraculis, concede no-
bis famulis tuis, ut et ipsũ
instruamur exemplis; et
ab omni vitiorum servitu-
te liberemur. Per Dominũ

XXX. Traslac. de Sanctia
go. Oremus.

Deus qui dispositione mi-
rabili corpus Beati Jacobi
Apostoli tui de Jerosolymis
ad Hispaniam trãstern, et
in Compostella gloriose
sepeliri voluisti; Concede
quesumus, ut eius meritis
et precibus, in coelesti Jeru-
salem collocari mereamur.
Per Dominũ nostrũ &

Enet. XVI.
Sta. Estefan. de Quin-
zanis. Oremus.

Deus qui Beatam Estepha-
nam Virginem tuam cru-
cifixi amore succensam,
eiusdem Passionis confor-
tem mirabiliter effecisti.

presta quæsumus; ut eius-
intercessione, et exemplo
Imagini filij tui confor-
mes fieri mereamur. Per
eundem Dominum &

XVIII. S. Fulgenc.

Orac. Exaudi preces nostras.

XXIV. S. Marcol.

Oremus.

Deus, cui humilium, et ma-
luctorum semper placuit
deprecatio; fac nos Beati
Marcolini precibus, et exē-
plis, ita proficere, ut vere mi-
tes, et humiles corde effecti,
facilius tua dona capiamus.
Per Dominum nostrum &

S. Paula. Viud. XXVI.

Oremus. Deus, qui B.

Paulam famulam tuam spi-
tis mundi delitijs, post insig-
nia virtutum incrementa,
ibi voluisti nasci Coelo, ubi
Unigenit⁹ tuu⁹ natus est mun-
do: Concede propitius; ut eiu⁹
exemplo terrena cuncta despi-
cientes Coelestia cōsequi mere-
amur. Per eundem. ~ ~

Febrero. IX. San

Fructuos. & Mrtis

Oremus. Deus qui
Beatum Fructuosum, et eiu⁹
Diaconos Augustinum, et Eulo-
gium, per ignem probatos
martirio decorasti: concede
nobis famulis tuis; ut ipso-
rum intercessione flama di-
uini amoris succensi cum
illis pariter coronemur in
coelis. Per Dominum nostrum.

Diexii S. Eulal.
de Barzel.

Oremus.

Deus qui nos martirij Btæ
Eulaliæ Virginis et Martiris
tuæ solemnitate letificas; cō-
cede propitius ut gloriosissi-
mis eiusdem meritis, et terre-
nanobis proficiant, et coeles-
tia desiderata proueniant.
Per Dominum nostrum &

Diexvii S. Valer.

Obpo. y Conf.

Oremus.

Omnipotens sempiternæ
Deus, qui sacram B. Valerij
confessoris tui atque Pontifi-
cis, solemnitatem hodierna-

die venerari voluisti; nos fa-
mulos tuos ab omni culpa
liberos esse concede, ut eius
intercessione ad vitam per-
ueniamus æternam. Per
Dominum nostrum &

**Die XIII S. Catha-
de Ricc. O. Pred.
Oremus.**

Domine Jesu Christe qui B.
Catharinam Virginem tui
amore succensam, Passionis
contemplatione clarescere
voluisti; eius intercessione
concede; ut Passionis miste-
ria deuote recolentes, eius
fructum percipere merea-
mur. Qui vivis et regnas.

**Die XIV S. Yldef. O.
y Conf. Oremus.**

Deus qui per gloriosissi-
mam filij tui Matrem Btū
Yldefonsum Confessorem
tuum atque Pontificem
missō de thesauris Coelesti-
bus munere decorasti; con-
cede propitius; ut per eius
præces, et merita munera
capiamus æterna. Per Dñm.

3.
**Die XV S. Juli. O. y C.
Oremus.**

Excita quæsumus Domi-
ne in populo tuo spiritum
charitatis, quo B. Julianū
confessorem tuum, atque
Pontificem replere digna-
tus es; concede; ut cuius
festiuitatem celebramus,
per eius ad te exempla gra-
diamur. Per Dominum &

**Die XVI S. Greg. X.
Py. C. Oremus.**

Deus qui ecclesiā tuam
B. Gregorij confessoris
tui atque Pontificis religio-
nis zelo, et Apostolicis curis
amplificasti; eius meritis
et intercessione concede;
ut fidei, et sanctitatis nova
semper incrementa susci-
piat. Per Dominum nostrū.

**Die XVIII S. Cecilio.
Mtr. Oremus.**

Deus qui nos per B. Cēci-
lium martirem tuum atq;
Pontificem ad agnitionem
tui nominis venire tribuisti;

4.
concede propitius, ut per-
quem superi muneris tu-
dimenta suscepimus, per-
eum subsidia perpetuae salu-
tis impetremus. Per Dm̄nū.

**Die XIX. S. Alvaro &
Cordov. Conf. O. P.
Oremus.**

Deus qui B. Alvarum Confe-
ssores tuum charitatis, et
penitentiae donis insigniter
decorasti: da, ut eius inter-
cessione et exemplo semper
Christi mortificationem in
corpore, et tui amorem in cor-
de geramus. Per eundem. &

21. S.

Martin de Aguirre M.

vide

Marzo.

fol. 21.

**Die II. S. Rosendo.
Ob. y. C. Oremus.**

Propitiare quaesumus Domi-
ne nobis famulis tuis per la-
cti confessoris tui, atque Pon-
tificis Rudesindi merita glo-
riosa: ut eius pia intercessione
ab omnibus semper protega-
mur aduersis. Per Dominum.

**Die III. S. Hemeth y Ze-
led Mtrs. Oremus.**

Deus qui gloriosos Martires
Hemeterium et Celedonium
in tui hominis confessione
roborasti: concede propitius
ut quorum corpora venera-

mur in terris, eorum aspectu
perfruiamus in Coelis. Per Dou.

**Die XIII. S. Leandr. O.
C. y. Oremus.**

Deus qui Arrianam pravitate
doctrina sancti confessoris tui
atque Pontificis Leandri ex
Hispania propulisti: da plebi-
tuae; ut eiusdem meritis, et pra-
cibus, ab omni errorum, et vi-
tiorum labe semper libera con-
serbetur. Per Dominum nostrum.

**Die XIV. Sta. Florenti-
na. Virg. Oremus.**

Exaudi nos Deus. & a.

**Die XVII. S. Patrizio. O.
y. Conf. Oremus.**

Deus qui ad predicandam
gentibus gloriam tuam, Beatū
Patritium confessoem atque
Pontificem mittere dignatus
es: eius meritis et intercessio-
ne concede; ut quae nobis agē-
da praecipis, te miserante adim-
plere possimus. Per Dominum.

**Die XVIII. S. Braulio. O.
y. Conf. Oremus.**

Ecclesiam tuam Domine per-
petuis tuere praesidijs: quam
Beati Braulij confessoris tui,
atque Pontificis munire volu-
isti zelo, eruditione, et exem-
plis. Per Dominum nostrum.

**Abril. Die VI. S. Isidor.
O. C. y. Doct. Oremus.**

Deus qui populo tuo, & utin
comm. Doct.

**Die XIII. S. Pedro Gō-
zal. Thelm. Oremus.**

Deus qui in maris periculis
constitutis Beati Petri opem
singularem ostendis: eius no-
bis intercessionem concede; ut
in huius vite procellis tuæ
gratiæ lumen semper affulge-
at, quo æternæ salutis portus
invenire valeamus. Per Domnū

Die XXVII. S. Thorib.

Mogrob. Oremus.

Ecclesiam tuam Domine Bti
Thuribij Confessoris tui atque
Pontificis continua protectione
custodi; ut sicut illum Pastora-
lis sollicitudo gloriosum redi-
dit, ita nos eius intercessio, in
tuo semper faciat amore fer-
uentes. Per Dominum. &

**Die XXVIII. S. Prudē-
cio. Ob. y. C. Oremus.**

Exaudi quæsumus &

**Die XII. Mayo. S. Dogo-
dela Calz. Oremus.**

Clementissime Deus, qui B.
Dominicum Confessorem tuū
egregijs virtutibus illustrare
dignatus es: concede quæsum?
ut cuius hodie natalitia celebra-
mus, eius intercessionem a pecca-
torum nostrorum nexibus hbe-
rari, et illius confortio in coelis

perfrui mereamur. Per Domi-
num nostrum. &

**Die XIII. S. Alverto de
Bergamo, Conf. O. P.**

Oremus.

Deus, qui in humili vite gene-
re Beatum Alvertum confesso-
rem tuum eximia sanctitate cla-
rescere voluisti: fac nos ita eius
sequi vestigia ut asequi merea-
mur, et premia. Per Dominū &

Die XIV. S. Gil. C. O. P.

Oremus.

Misericordiam tuam Deus
supplices imploramus, ut sicut
ea præueniente, Beatum Egidi-
um in via Iustitiæ, et sanctitatis
redire fecisti; ita nos e servitute,
ac morte peccati in perfectam
transferas libertatem, et vitam.
Per Dominum nostrum. &

**Die XV. S. Ysidro Lab.
Conf. Oremus.**

Da nobis, quæsumus misericors
Deus, Beato Isidoro Agricola cō-
fessore tuo intercedente super-
be non sapere; sed eius meritis,
et ^{exemplis} ~~intercessionem~~ placita tibi sem-
per humilitate deferuire. Per Do.

**Die XVI. S. Joan Nepo-
muceno Mir. Oremus.**

Deus qui ob invictum Beati
Joannis Sacramentale silentiū
nova ecclesiam tuam martirij
corona decorasti: da nobis eius
intercessionem, et exemplo lin-

quam caute custodire, ac omnia potius mala, quam animarum detrimentum in hoc seculo tolerare Per Dominum nostrum.

Die XVII. S. Pasq. Bayl. Conf. Oremus.

Deus qui Beatum Paschalem confessorum tuum mirificis erga corporis, et sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorasti: concede propitius; ut quem ille ex hoc divino convivio spiritus percepit pinguedinem, eandem et nos per eum mereamur. Qui vivis &

Die XII. Apatie de Santiago Apost. Oremus.

Deus qui Hispaniarum gentem Beato Jacobo Apostolo tuo protegendam misericorditer tribuisti; et per eum ab imminente exitio mirabiliter liberaisti; concede quæsumus; ut eodem protegente pace perfruemur æterna. Per Dominum nostrum &

Die 23. S. Segundo, M. Oremus.

Infirmi-tatem nostram respice Omnipotens Deus; et quia pondus propriæ actionis grabat Beati Secundi Martiris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum &

Die XXVII. S. Pedro,

Regalad. C. Oremus.

Deus qui dilectum famulum tuum Petrum carne mortificatum, ad delicias gloriæ tuæ assumere dignatus es: concede propitius; ut ad delectationes, quæ in dextera tua sunt usque in finem meritis eius, et intercessione pervenire valeamus. Per Dominum

Die XIX. S. Indalec. Oby Mtr. Oremus.

Deus, qui nobis ad primitias fidei propagandas, Beatum Indalecium martirem tuum, atque Pontificem tribuere dignatus es: da quæsumus; ut quem festivo veneramus obsequio, eius intercedentibus meritis, æterna gaudia consequamur. Per Dominum &

Die XXX. S. Fernando Rey Conf. Oremus.

Omnipotens sempiternus Deus, qui Beato Ferdinando Confessori tuo, triumphum contra inimicos crucis concedere voluisti: præsta quæsumus, ut eius meritis et intercessione, quem regnātem habuimus in terris, regnantem videre mereamur in Coelis. Per Dominum nostrum &

Junio. Die I. S. Torquato, Oby Mtr. Oremus.

Deus qui nos per Beatum Torquatum martirem tuum atq;

11.

Deus qui nos B. Juliani Con-
fessoris tui atque Pontificis ve-
neranda commemoratione le-
tificas: excita in nobis eius
spiritum innocentiae, et chari-
tatis, et presta: ut cuius recol-
mus merita, per eius ad te gra-
diamur exempla. Per Dominum.
Die XXVIII. S. Maria de
Cervell. Virg. Oremus.

Deus qui nos conspicias in tot pe-
periculis constitutos pro nostra
fragilitate non posse subsistere:
concede propitius; ut interce-
dente B. Maria famula tua de
praesentis vitae fluctibus educa-
ti, ad aeternae salutis portum
pervenire valeamus. Per Dominum.

Eodem die S. Petro de Ar-
bures. Mtr. Oremus.

Presta quaesumus Omnipotens
Deus; ut B. Petri Martiris tui
fidem congrua devotione seque-
mur, qui pro eiusdem fide de-
fensione martirii palmanime
ruit obtinere. Per Dominum.

Octubre.

Die VII. S. Matheo Carre-
rio. C. O. P. Oremus.

Excita Domine in cordibus
nostris tue crucis, et Passionis
amorem; ut B. Mathaei interce-
ssione et exemplo, dolorum
Xpti participes efficiamur, et
gloriae. Per eundem. &

Die XIV. S. Froylan Oyc.

Oremus.

Deus, qui B. Froylanum monas-
tici instituti propagandi studio
decorasti, et ex eremo ad Episco-
pale munus coelesti iudicio vo-
catum miraculis clarum effecis-
ti; concede propitius; ut cuius
patrocinio gloriamur, eius instru-
amur exemplis. Per Dominum.

Die XVI. S. Francisco de-
Borja. Conf. Oremus.

Domine Jesu Xpte vere humili-
tatis, et exemplar praemium
quaesumus; ut sicut B. Francis-
cum in terreni honoris comp-
temtu imitatore tu glorio-
sum effecisti, ita nos eiusdem
imitationis et gloriae tribuas
esse consortes. Qui vivis &

Die XXIII. S. Pedro Pascha-
fio. Ob. y Mtr. Oremus.

Deus, humilium consolator, et
fidelium fortitudo, cuius cha-
ritatis ardore martir, et Pon-
tiffex B. Petrus Paschasius etate
teneros, et sexu fragiles ab im-
piorum captivitate propria
servitute redemit: eius qua-
sumus subsidij ab omnino
absolue fragilitatis humanae
reatu; ut ad cuncta charitatis
opera repatemur, et quos venia
feceris innocentes auxilio faci-
as efficaces. Per Dominum &
Die XXIV. In festo S. Ra-
phaelis Archangel.

Officium.

Benedite Dominum Omnes Angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius. *V. Psalms*

Benedic anima mea Domino et omnia, quæ in trame sunt tui: mini sancto eius. *V. Gloria Patri.*

Oremus.

Deus, qui B. Raphaelem Archangelum Tobiae famulo tuo comitem dedisti in via: concede nobis famulis tuis; ut ejusdem semper protegamur custodia, & muniamur auxilio. Per Dominum. &

Lectio libri Tobiae.

In diebus illis: Dixit Angelus Raphael ad Tobiam: etenim sacramentum Regis abscondere bonum est: opera autem Dei revelare & confiteri, honorificum est. Bona est oratio cum jejuniis et eleemosynam magis quam thesauros auri recondere: quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam & vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam a vobis occultum sermo-

nem. Quando orabas cum lacrimis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. Et nunc misit me Dominus, ut curarem te & Saram uxorem filij tui a demonio liberarem. Ego enim sum Raphael Angelus unus ex septem, qui astamus ante Dominum.

Graduale. Laudate Dominum de Coelis: laudate eum in excelsis. *V. Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes ejus. Alleluia. Alleluia. V. In conspectu Angelorum psalati tibi: adorabo ad templum: sanctum tuum & confitebor nomini tuo. Alleluia. Sequentia Sancti Evangelij secundum Joannem.*

In illo tempore: Erat dies festus Judeorum, & ascendit Jesus Jerusalem. Est autem Jerusalem ^{†bati} Bethsaida, quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo languentium, Coecorum, claudorum, arido-

Pontificem ad agnitionem tui
nominis venire tribuisti: conce-
de propitius; ut cuius natalitia-
colimus, de eiusdem etiam pro-
tectione gaudeamus. Per Donū

**Die XII. S. Juan de-
Sahag. C. Oremus.**

Deus autor pacis, et amator
charitatis, qui Beatum Joannem
confessorem tuum mirifica dissi-
dentes componendi gratia deco-
rasti: eius meritis et intercessio-
ne concede; ut charitate divina
firmati nullis tentationibus ab
eius integritate divellamur. Per
Dominum nostrum. &

**Die XVI S. Juan Fran^{co}
de Regis. C. Oremus.**

Deus, qui ad plurimos pro salute
animarum perferendos labores,
Beatum Joannem Franciscum
confessorem tuum mirabili cha-
ritate, et invicta patientia deco-
rasti: concede propitius; ut eius
exemplis instructi, et intercessio-
nibus adiuti, eterne vite præ-
mia consequamur. Per Dominum

**Die XX. S. Ciriaco &
Mtrs. ~ Oremus. ~**

Præsta quæsumus Omnipotens
Deus: ut familia tua quæ sanc-
torum martirum tuorum Ciri-
aci, et Paulæ triumphis gloria-
tur, fiat in Christi tuam refer-

ventior: et quos Patronos vene-
ramur in terris, pios aput te
intercessores habere mereatur
in Coelis. Per Dominum nostrum

**Die XXI. S. Luis Gon-
zaga. C. Oremus.**

Coelestium donorum distri-
butor Deus, qui in Angelico Ju-
vene Aloysio miram vitam inno-
centiam par cum penitentia
sociasti: eius meritis, et præcib⁹
concede; ut innocentem non
secuti penitentem imitemur.
Per Dominum nostrum. &

Julio.

**Die VII. S. Benedicti
XI. P. y C. O. P. Orem⁹**

Deus qui Beatum Benedictum
Pontificem tuum benedictio-
nis tuæ gratia sublebasti ad Coe-
lum, populum tuum quæsum⁹
nova benedictione gratiæ tuæ
sanctifica; et acutis malis im-
minentibus eius meritis et
præcibus, tua nos virtute descē-
de. Per Dominum nostrum &

**Die VIII. Stā. Isabel ~
Reyna de Portugal ~
Viud. Oremus.**

Clementissime Deus, qui B.
Isabel Reginam, inter cetetas
egregias dotes, bellici futoris se-
dandi prerogativa decorasti: da
nobis eius intercessione post mor-
talis vite quam suppliciter peti-

mus, pacem, ad æterna gaudia
peruenire. Per Dominum nostrum.

Die X. S. Fermin. Oy M.
Oremus.

Deus, qui per fidei præconium
et Passionis agonem, Beatum Fir-
minum Episcopum, et martirē
immortalitatis lautea coronasti:
concede propitius; ut cuius cele-
bramus triumphum asequamur et
premiū. Per Dominum &

Die XVI. Triunfo de-
la Cruz. Oremus.

Deus, qui per Crucem tuam po-
pulo in te credenti, triumphum co-
tra inimicos concedere voluisti:
quæsumus; ut tua pietate adorā-
tibus crucem victoriam semper
tribuas, et honorem. Qui vivis.

Die XIX. S. Vicente a-
Paul. C. Oremus.

Deus, qui ad evangelizandū
pauperibus et ecclesiastici ordi-
nis decorem promouendum
B. Vincentium Apostolica vir-
tute roborasti: præsta quæsumus;
ut cuius pia merita veneramur,
virtutum quoque instruiamur
exemplis. Per Dominum &

Die XXI. S. Just y Rufi-
V. y Mtrs. Oremus.

Omnipotens sempiternæ Dei
da nobis in festiuitate Sanctarū
et martirum tuarum Justæ et Rufi-
næ congrua deuotione gaudere;
ut et potentiam tuam in earum

passione laudemus, et promissum
nobis, percipiamus auxilium.

Per Dominum nostrum &
Die XXIII. S. Juana de
Orb. Virg. O. P. Omnis.

Deus, qui Beatæ Joannæ Vir-
ginis tuæ puritatem eximiam,
et feruorē charitatem donis
coelestibus cumulasti: fac nos
ita eius æmulari virtutes; ut
castitate vitæ, ac puris semper
tibi placeamus affectibus. Per Do-
minum

Die XXIV. S. Camillo
de Lel. C. Oremus.

Deus, qui B. Camillum ad ani-
marum in extremo agone, luc-
tantium subsidium singulari
charitatis prerogatiua decoras-
ti: eius quæsumus meritis spiri-
tum nobis tuæ dilectionis infu-
de; ut in hora exitus nostri hos-
tem vincere, et ad Coelestem me-
reamur coronam peruenire. Per.

Die XXIV. Vigilia S.
Jacobi Apostoli
Officium.

Procedens Dominus iuxta
mare Galilææ, vidit duos,
fratres, Iacobum Zebedæi, et Io-
annem fratrem eius in nauī
cum Zebedæo patre eorum, re-
ficiētes retia sua, et vocauit
eos. **V. Coeli enarrant gloriā**

Dei et opera manuum eius annuntiat firmamentum. **Gloria Patri & Oremus.**

DA quæsumus Omnipotens Deus, ut Beati Jacobi Apostoli tui quam præuenimus veneranda solemnitas, et deuotionem nobis augeat et salutem. Per Dominum

Lectio Libri Sapientiae. Eccles. 49.

Benedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi Dominus hereditatem, et diuisit illi partem in tribubus duodecim: et inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Similem illum fecit in gloria Sanctorum, et magnificauit eum in timore inimicorum. Qui in diebus suis non pertimuit principem, et potentia nemo vicit illum: nec superauit illum verbum aliquod, et mortuum prophetauit corpus. Qui erexit nobis muros euersos, et stare fecit portas, et feras. Qui erexit domos nostras, firmamentum gentis, stabilimentum populi. Et ossa ipsius visitata sunt, et post mortem prophetauerunt. **R.** Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.

V. Diminuerabo eos, et super arenam multiplicabuntur.

Sequentia S. Euangelij sec. Mar. Cap. 8.

In illo tempore: Ascendens Iesus in montem, vocauit ad se,

quos voluit ipse, et venerunt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prædicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, et eijciendi demonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus: et Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, et imposuit eis nomina Boanerges, quod est, Filij tonitruu: et Andream, et Philippum, & Bartholomeum, et Matthæum, & Thioniam, & Iacobum Alphæi, et Thaddæum, & Simonem Chananæum, & Iudam Iscariotem, qui et tradidit illum. Et veniunt ad domum, et conuenit iterum turba, ita ut non possent neque panem manducare.

Offertorium. Gloria & honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. **Secreta.**

Anis, offerentes tibi sacramenta Domine, quæsumus ut B. Apostoli tui Iacobi suffragijs, cuius natalitia præuenimus, plebs tua semper, & sua vota depromat, et desiderata percipiat. Per Dominum. **Commun.**

Vocauit Dominus Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, et imposuit eis nomina Boanerges, quod est, Filij tonitruu.

Postcommunio.

Sancti Apostoli tui Iacobi, quæsumus Domine, supplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia sempiterna concede. Per Dominum nostrum.

Die XXVII. S. Pantal. Mtr. Oremus.

Deus, qui Pantaleonem martiræ tuum varia tormenta superare fecisti, et pro persecutoribus exorare: concede propitius; ut qui eius imploramus auxilium, in misericordia tua semper habeamus effectum. Per Dominum nostrum.

Die XXVIII. S. Liberata, Virg. y M. Oremus.

Beata Liberata Virginis & Martiris tuæ quæsumus Domine, precibus, et meritis adiubemur: ut quæ pro tui nominis confessione, & pudicitie defensione in cervice pependit; ab inimicorum insidijs, sua nos protectione defendat. Per Dominum nostrum.

Agosto

Die II. S. Pedro, Obpo de Osma y Conf. Oratio, Da que sumus ut in Com.

Die IX. S. Justo y Past Mtr. Oremus.

Deus lactentium fides, spes infantum, charitas puerorum, qui per innocentium tuorum Iusti & Pastoris laudem, cunctos provocas ad salutem: infunde nobis quæsumus, puritatem

lactentis infantie; ut dum fesu Justitiæ parvulis adequamur in illa remuneratione fidelium cum sanctis pariter gloriemur. Per Dominum nostrum. &

Die XXVII. S. Theres. de Jes. Sec. Virg. Oremus.

Deus, qui illibata præcordia B. Virginis Theresie sponsæ tuæ ignito Jaculo transfixisti: ipsa interueniente concede; ut corda nostra ardore sancti spiritus ferveant, et te in omnibus, & super omnia diligant. Qui vivis &

Die XXXI. Traslac. de S. Hemeter. y Zeled. Oratio. Sicut in die 3. Matzj

Septiembre.

Die III. S. Antol. Mtr. Orem?

Omnipotens Sempiternæ Deus, qui hunc diem B. Antolini martiris tui sollemnitate clarificas: exaudi preces populi tui, et præsta; ut quæ fideliter expetit eo suffragante, consequi mereatur. Per Dominum nostrum. &

Die III. S. Rosal. Virg. Oremus.

Exaudi nos Deus salutaris noster; ut sicut de B. Rosalie virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis et studium affectu; et eius intercessione ab iracundiæ tuæ flagellis misericorditer liberemur. Per Domu.

Die V. Commemorac. de S. Julian. Ob. y C. Oremus.

tum, expectantium aquae
motum. Angelus autem Do-
mini descendebat secundum
tempus in piscinam: & mo-
vebatur aqua: Et qui prior
descendisset in piscinam post
motionem aquae, sanus fie-
bat: quacunque detineba-
tur infirmitate. *Credo.*

Offertorium. Stetit Angelus
juxta aram templi, habens
turibulum aureum in manu
sua: & data sunt ei incensa mi-
ta: & ascendit fumus aroma-
tum in conspectu Dei.

Secreta.
Hostias tibi Domine, la-
udis offerimus suppli-
citer deprecantes: ut eadem
Angelico pro nobis interveni-
ente suffragio, & placatus ac-
cipias, & ad salutem nobis
provenire concedas. Per Dñm

Communio.
Angeli, Archangeli, Princi-
patus, & Potestates, Virtutes,
coelorum, Dominationes, &
Throni, Cherubim, atq; Sera-
phim, Dominum benedicite
in æternum.

Postcommunio.
Repleti Domine, benedic-
tione coelesti, suppliciter im-
ploramus: ut quod fragili ce-
lebramus officio, sanctorum
Angelorum atq; Archangelo-
rum nobis prodesse sentiamus

13.
auxilio. Per Dominum nostrum &
*Die XXV. S. Gravinus &
Mtrs. Oremus.*

Deus, qui beatos Martires tuos
Gravinum Prothum, & Januari-
um ecclesiam tuam mirabili-
ter illustrare dignatus es: concede
nobis famulis tuis; ut quos Patro-
nos veneramus in terris, in terce-
stros habere mereamur in coe-
lis. Per Dominum nostrum. &

*Die XXVI. S. Servando &
Mtrs. Oremus.*

Omnipotens sempiterne Deus;
qui SS. fratribus Servando, et Ger-
mano, mirabilem fidei constanti-
am tribuisti: concede propitius;
ut qui tantorum Martirum pa-
trocinio fruimur eorum perpetua
intercessione robaremur. Per Do-

*Die XXVII. S. Frut. Conf.
Oremus.*

Adesto Domine populo tuo, ut
B. Fructi Confessoris tui merita
præclara suscipiens ad impetra-
dam misericordiam tuam, sem-
per ejus patrocinij adhibemur
Per Dominum &

*Die XXIX. S. Narziso. Ob.
y. Mtr. Oremus.*

Deus, qui B. Narcissum Mar-
tirem tuum atque Pontificem
illustri laurea decorasti ejusque
corpus admirabili integritate
clarificas: concede propitius; ut
ejus deprecatione, incorrupta ga-

udia felicitatis aeternae consequamur. Per Dominum nostrum &

Noviembre.

Die III. Los Innumerab.

Mrs. de Zarag. Oremus.

Respice quæsumus Domine familiam tuam, et præsta; ut SS.

Innumerabilium martirum intercessione munita, ab omni sit culpa defensa. Per Dominum &

Die XVI. S. Lucia de Nar.

O. P. Oremus.

Deus, qui B. Luciam Passionis-

Filij tui signaculis mirabiliter de-

coratam, virginitatis et patientiæ

donis blandientem mundum

eludere, & persequentem supera-

refecisti: da, ut ejus intercessio-

ne, et exemplo, nec terrenis vin-

camur illecebris nec vlis franga-

mur adversis. Per Dominum. &

Die XIV. S. Juan de Licio

Conf. Oremus.

Deus, qui B. Joannem Confesso-

rem tuum plena sui abnegatione

atque summe charitatis zelo cla-

rescere voluisti: eius nobis imi-

tatione concede; ut abdicatis te-

renis affectibus, in tua dilectione

vivamus. Per Dominum. &

Die XXIV. S. Juan dela

Cruz. Conf. Oremus.

Deus, qui Sanctum Joannem con-

fessorem tuum perfecte sui abne-

gationis, & crucis amatorem exi-

mum effecisti: concede; ut eius

imitationi iugiter inherentes,

gloriam asequamur æternam.

Per Dominum nostrum &

Die XXVI. S. Eugenio

Obij. Mr. Oremus.

Deus, qui presentem diem Bea-

ti Eugeny martiristui atq; Pon-

tificis martirio consecrasti: pæ-

ta propitius; ut cuius annua cele-

britate letamur, ejus meritis do-

num tuæ gratiæ consequamur.

Per Dominum nostrum &

Die XXVIII. S. S. Acisdo

y. Vict. Mrs. Oremus.

Deus, qui familiam tuam bea-

torum fratrum, et martirum-

tuorum Acischi, et Victoriæ glori-

osis confessionibus circundas &

protegis: concede propitius; ut

quos Patronos agnoscimus, con-

meritis et intercessionibus, ab om-

nibus aduersitatibus liberemur.

Per Dominum nostrum &

Die XXIX. Sta Getrudis

Virg. Oremus.

Deus, qui in corde B. Getrudis

virginis Jucundam tibi mansi-

onem præparasti: ipsius meri-

tis, et intercessione, cordis nostri

maculas clementer absterge, &

eiusdem tribue gaudere confor-

tio. Per Dominum. &

Die 24 Martij. S. Gabr. Ar-

ch. to. do. Officium.

Benedicite Dominum omnes

Angeli eius: potentes virtute

qui facitis verbum eius ad audien-
dam vocem sermonem eius.

V. Benedic anima mea Domino
& omnia quæ intra me sunt, nomi-
ni sancto eius. **Gloria Patri Glo-**
ria in excelsis Deo. **Oremus.**

Omnipotens sempiterna Deus
cui Angelorum millia minis-
trant: præsta quæsumus; ut qui
B. Gabrielem Archangelum, hu-
manæ restorationis præcipuum
ministrum veneramus in terris,
eiusdem suffragijs fructum nostræ
redemptionis, consequamur in
Coelis. Per Dominum &

Lectio Danielis Prophete.

In diebus illis: Ecce vir Gabriel,
quem videram in visione à prin-
cipio, cito volans tetigit me in tem-
pore sacrificij vespertini. Et docu-
it me, & locutus est mihi: dixit q̃
Daniel nunc egressus sum, ut doce-
rem te, et inteligeres. Ab exordio
præcuti tuarum egressus est sermo
ego autem veni ut indicarem tibi,
quia vir desideriorum es: tu autē
animadvertite sermonem, & intellige-
bat super eum. **Allā.**
visionem. Septuaginta hebdoma-
des abbreviata sunt super populu-
tuum, & super urbem sanctam tuā,
ut consumetur prævaricatio, & finē
accipiat peccatum, & deleatur ini-
quitas, & adducatur iustitia sempit-
terna, & impleatur visio, & prophe-
tia, & ungatur Sanctus Sanctorum
Scito ergo, & animadvertite: ab exi-
tu sermonis ut iterum ædificetur
Jerusalem, usque ad Xp̃m ducē

& rursum ædificabitur platea, & mu-
ri in angustia temporum. Et post-
hebdomadas, sexaginta duas occi-
detur Christus, & non erit eius po-
pulus, qui eum negaturus est. Et
Ciuitatem, & Sanctuarium disipa-
bit populus, cum Duce venturo:
& finis eius basitias, & post finem
belli statuta desolatio. **R.** Bene-
dicite & **prout in Intr.** **V.** Be-

nedic anima mea Domino: & cā

Tractus. Ave Maria gratia ple-

na: Dominus tecum **V.** Bene-

dicta tu in mulieribus, & benedic-
tus fructus ventris tui **V.** Ecce-

concipies, & paries filium, & vocabis
nomen eius Emanuel. **V.** Spiritus?

Sanctus superueniet in te, & virtus
Altissimi obumbrabit tibi. **V.** Ideo-

que, & quod nascetur ex te sanctu-
s vocabitur filius Dei. **Temp. Pas-**

ch. **Allā Allā** **V.** Qui facit An-

gelos suos Spiritus, & ministros tuos
flammam ignis. **Allā** **V.** Ange-

lus Domini descendit de Coelo, &
accedens reuoluit lapidem, & sede-
bat super eum. **Allā.**

Euang. Missus est Angelus
Gabriel & **prout in festo Anū-**

tiationis. **Credo.**

Offert. Stetit Angelus iux-
ta aram Templi, habens thuribu-

lum aureum in manu sua; & la-
terna sunt ei incensa multa, & ascen-
dit fumus aromaticum in conspec-

tu Dei. **Temp. Pasch.** **Allā.**
Secreta.
Acceptum fiat in conspectu tuo,
Domine, nostræ seruitutis munus

& B. Archangeli Gabrielis oratio:
ut a nobis veneratus in terris, sit
a patre te aduocatus in Coelis. Per.

Communi. Benedicite Omnes An-
geli Domini Domino, hymnum
dicite et super exaltate eum in se-
cula. **Temp. Pasch. Allā.**

Post Communio.

Corporis, & Sanguinis tui sumpt-
is misterijs, tuam Domine Deus
noster deprecamur clementiam:
ut sicut Gabriele anuntiante, In-
carnationem tuam cognovimus,
ita ipso adjuvante, Incarnationis
eiusdem beneficia consequamur.
Qui vivis, & regnas &cā.

In Translat.

Alma Domus Lauret.
Missa.

Terribilis est locus is-
te; hic Domus Dei est, & por-
ta coeli, & vocabitur aula
Dei. **V.** Quam dilecta ta-
bernacula tua Domine
virtutum! Concupiscit,
& deficit anima mea
in atria Domini.

Gloria Patri. Gloria in
excelsis. **Oratio.**

Deus, qui Beata Ma-
ria Virginis Domum
per incarnati Verbi myste-
rium misericorditer con-
secrasti, eamque in sinu
Ecclesiae tuae mirabiliter
collocasti: concede ut se-
gregati a tabernaculis

peccatorum; digni efficiamur
habitatores Domus Sanctae tuae.
Per eundem.

Epistola en 15 de Agosto.

Evangelio en 25 de Marzo.

Missus est.

R. Unam petij a Domino, hanc
requiram: ut inhabitem ut in
domo Domini omnibus diebus
vitae meae. **V.** Ut videam volunta-
tem Domini & visitem tem-
plum eius. **Alleluja, alleluja.**

V. Beati, qui habitant in Domo
tua Domine: in secula seculo-
rum, laudabunt te. **Alleluja.**

Offert. Introibo in Domum tu-
am; adorabo ad templum San-
ctum tuum; & Confitebor no-
mini tuo Domine.

Secreta.

Accipe quæsumus Domine,
munera in hac Sacra Domo
dignanter oblata: & Beatae
Mariae Virginis suffraganti-
bus meritis ad nostrae salu-
tis auxilium provenire con-
cede. Per Dominum.

Præfatio. Et te in solemnitate.

Commun. Beatus, qui au-
dit me, & vigilat ad fores
meas quotidie, & observat
ad postes ostij mei. Qui me
invenit, inveniet vitam,
& hauriet salutem a Domi-
no. **Postcommunio.**

Quæsumus Domine De-
us noster: ut sacrosan-
cta

cta misteria, quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti intercedente Beata Maria semper Virgine, & presens nobis remedium esse facias, et futurum. Per Dominum.

In Transl.

S. Jacobi Apost.

Miss. in festo princip.
25. Jul.

Oratio.

DEus, qui dispositione mirabili corpus B. Jacobi Apostoli tui de Jerosolimis ad Hispaniam transferri, & in Compostella gloriose sepiliri voluisti: concede quæsumus, ut ejus meritis, & precibus in coelesti jerusalem collocari mereamur. Per Dominum.

Secreta.

Sanctifica quæsumus Domine, oblata munera, quæ in Translatione beati Jacobi Apostoli tui offeruntur: ita ut per ea vita nostra inter adversa, & prospera ubique dirigatur. Per Dominum.

Postcommunio.

Perceptis, Domine, Sacramentis suppliciter exoramus, ut intercedente B. Jacobo Apostolo

tuo, quæ pro illius veneranda gerimus Translatione nobis proficiat ad medelam. Per Dominum.

Die X Aprilis

S. Antonio Ripolis.

MO. N.

Oratio.

DEus qui B. Antonium ad lucem veritatis tuæ misericorditer revocatum, eximium Martirem effecisti: presta ut ejus intercessione simus semper in fide stabiles, & in opere efficaces. Per.

Die XIV. Aprilis.

S. Pedro

Gonzalez Telmo.

Officium.

Dicit Dñs: Sermones mei, quos dedi in os tuum, non deficient de ore tuo: & munera tua accepta erunt super Altare meum. **Temp. Pasch. Alleluja. Alleluja. V. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Gloria.**

Oratio.

DEus, qui in Maris periculis constitutis B. Petri opem singularem ostendis; ejus nobis inter

cessione concede: ut in huius vitæ procellis tuæ gratiæ lumen semper affulgeat, quo æternæ salutis portum invenire valeamus. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses

Fratres: fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Evangelium Dei in multa sollicitudine. Exortatio enim nostra non de errore, neque de immundicia, neque in dolo. Sed sicut probati fuimus à Deo, ut crederetur nobis evangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ. Deus testis est: Neque querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs. Cum possemus vobis oneri esse ut Christi Apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed eti-

am animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis.

R. Domine prevenisti eum. &c. **V.** Vitam petijtate &c.

Tract. Beatus vir qui timet Dominum. **Temp. Resurr.** Alleluya Alleluya.

V. Amavit eum Dñus &c.

Allā. **V.** Angelus Domini &c. **Temp. Ascens.** Ascendens Christus &c.

Evang. Euntes. en 16. de Ag. **Offertor.** De necessitatibus eorum eduxit eos, et statuit procellam ejus in aura: & si luerunt fluctus ejus, & lætati sunt, quia siluerunt, & eduxit ejus in portum voluntatis eorum.

Secreta.

Propitiare nobis, Deus noster, ut quos salutari-
bus reficis sacramentis,
intercessione B. Petri Con-
fessoris tui jungas agmini-
bus Beatorum. Per Dominum.
Commun. Tu dominaris
potestati maris, motum
autem fluctuum ejus tu
mitigas.

Postcommunio.

Corda nostra, quæsumus
Domine lumine tuæ
claritatis illustra: ut ver-
bo salutis eruditi, inter-
veniente B. Petro Confes-
sore tuo, noxia cuncta vi-

temus, & quæ recta sunt,
agere valeamus. Per Domin.

Patrocinium S. Joseph Confessoris.

Domin. II. post oct. Pasche.
Introitus.

Adjutor, & protector no-
ster est Dominus. in eo
lætabitur cor nostrum, &
in nomine sancto ejus spe-
ravimus. Alleluja. Allel.

V. Qui Regis Israel inten-
di; qui deducis velut ovem
Joseph. Gloria.

Oratio.

Deus, qui ineffabili pro-
videntia Beatum Josef
Sanctissimæ Genitricis tue
Sponsum eligere dignatus
es; præsta quæsumus, ut
quem Protectorem venera-
mur in terris, intercessorẽ
habere mereamur in coe-
lis. Qui vivis &

Lectio libri Genesis.

Filius accrescens Joseph
filius accrescens, & de-
corus aspectu: Filie disci-
pulerunt super murum.
Sed exasperaverunt eum,
& jurgati sunt, inviderunt
que illi habentes jacula.
Sedit in fortis arcus ejus,
& dissoluta sunt vincula
brachiorum, & manuum
illius per manus poten-
tis Jacob. Inde Pastor e-
gressus est lapis Israel,

19

Deus Patris tui erit adju-
tor tuus & omnipotens be-
nedicet tibi benedictioni-
bus cœli de super bene-
dictionibus abyssi jacen-
tis deorsum benedictioni-
bus uberum, & vulve.
Benedictiones Patris tui
confortata sunt benedictio-
nibus Patrum ejus, donec
veniret desiderium colli-
um æternorum: Fiât i ca-
pite Joseph, & in vertice
Nazarej inter fratres su-
os. Allel. Allel. *V.* Dequa-
cumque tribulatione cla-
maverint ad me, exaudiã
eos; & ero Protector corũ
semper. Alleluja.

V. Fac nos innocuam Jo-
seph, decurrere vitam,
sitque tuo semper tuta
patrocinio. Alleluja.

*Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam.*

In illo tempore. Factũ est
autem, cum batizaretur
omnis populus, & Jesu
baptizato, & orante, aper-
tum est Cœlum, & descē-
dit Spiritus Sanctus Cor-
porali specie sicut Colum-
ba in ipsum, et vox de
Cœlo facta est: Tu es Fili-
us meus dilectus, in te
complacui mihi; & ipse
Jesús erat incipiens, qua-
si annorum triginta, ut
putabatur, Filius Joseph.

Non dicitur Credo. Nisi
Dominica fuerit. *Offertor.* Lauda Jerusale
Dominum, quoniam con-
fortavit seras portarum
tuarum: benedixit filiis
tuis in te. Allel.

Secreta.

Sanctissimæ Genitricis
stue sponsi patrocini-
ofulti rogamus, Domine cle-
mentiam tuam, ut corda
nostra facias terrena cun-
cta despiciere, ac te verum
Deum perfecta charitate
diligere. Qui vivis.

Communio.

Jacob autem genuit Josef
virum Mariæ, de qua na-
tus est Jesus, qui vocatur
Christus. Alleluja.

Postcommunio.

Divini muneris fonte
refectis, quæsumus
Domine Deus noster, ut
sicut nos facis B. Joseph
protectione gaudere; ita
ejus meritis, & intercessi-
one cœlestis gloriæ facias
esse participes. Per Dnum.

Extra temp. Pasc.

R. R. & V. V. ut in die 19
Martij Alleluja, fac nos in
nocuam.

Die III Junij
S. Eufrazio Ob. y Mar.
Oratio.

Infirmi-
tatem nostram
quæsumus, omni-
po-

tens Deus, respice: & quia
pondus propriæ accionis
gravat B. Eufrazi marti-
ris tui, atque Pontificis, in-
tercessio gloriosa nos pro-
tegit. Per Dominum.

Die XVII Augusti.

Sta Emilia VON.

Oratio.

Deus, qui B. Emilia
Virgini tuæ terrena
despicere, & te solum que-
rere tribuisti: ejus meri-
tis, & intercessione con-
cede; ut spretis perituris
illecebris, te toto corde
diligamus. Per Dominum.

Die XXIX Octobris.

Stâ Benvenuta VON.

Oratio.

Gratiam nobis, Domi-
ne, penitentiae, oratio-
nis, & humilitatis infunde
ut B. Benvenuta Virginis i-
mitatione possimus, & car-
nem mortificantes, spiritu
vivere, & cœlestia jugiter
cogitantes, nosque despi-
cientes, in te solo Deo re-
quiem, & gloriam inveni-
re. Per Dominum.

Die XVI Decemb.

S. Sebastian Maggi CON.

Oratio.

Deus qui Beatum Sē-
bastianum Confesso-
rem tuum Regularis dis-

ciplina, & Evangelice per
fecionis singulari studio
mirabilem efecisti: conce
de propitius; ut ejus imi
tatione carne mortifica
ti, & vivificati spiritu,
æterna præmia consequa
mur. Per Dominum.

Die 21. Februarij S. Martin
DE AGUIRRE. M.

Missa Letabitur, ut in Com.
M. non Pont. Oratio.

Deus, qui B. Martinum in
subeunda Crucis morte, imita
tozem Filij tui gloriosum efecis
ti; concede, ut, qui Crucem quisq^e
suam tollere præcipimus gratiæ
tus viribus adjuti, præeuntem
Dominum alacriter sequamur.
Per eundem Dominum. &

In festo B. Simonis de Roxas

Missa Os Justus de Com. Conf. non P.
Oratio. Ev. Nolite timere

Deus, cujus charitas in corde B.
Simonis diffusa, eximio in Sanctis
simam Filij tui Genitricem cultu, et
assiduus misericordiæ operibus eni
tuit: illius intercessionem concede, ut
eodem charitatis fervere succensi
et B. Mariæ Virg. tutela protecti
tuam misericordiam consequamur.
Per eundem. &

23. & Octobris.

B. Bartholomeo de Bregantia O. C.

Oratio.

Deus qui in fidei hostibus ab errorum
tenebris ad veritatis lucem adducendis,
et in populis ad pacem et concordiam
revocandis B. Bartholomeum Confesso
rem tuum atque Pontificem mirabilem
effecisti; eius intercessionem concede ut
pax tua, que exuperat omnem sensum
custodiat corda nostra et intelligentias
nostras in Christo Iesu Domino nostro,
qui tecum vivit et regnat &c.

capitula, & Evangelia
lectionis singulis diebus
et mensibilibus ecclesie
de propriis: ut quod
ratione carnis mortalis
et de vivificatione spiritus
et de primis capitulis
miser. R. Dominum.

Die 21. Februarii & Martini
D. V. C. M. C. M.

Blasi & Leodegarii, in m. C.

Deo quo B. Martinus in

substantia Christi non erat

secundum carnem, sed secundum

deum, et per Christum in

Christum, et per Christum in

Christum, et per Christum in

Christum, et per Christum in

Christum, et per Christum in

Christum, et per Christum in

Christum, et per Christum in

Christum, et per Christum in

Christum, et per Christum in

Christum, et per Christum in



